

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7566

**Auteur(s) :** Eugène III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1148, 10 avril

**Lieu d'émission :** Reims

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Eugène III maintient sous la dépendance de l'abbé Serlon les monastères d'Angleterre fondés par Savigny.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Guillot Léon (Dom), *Le démêlé de Serlon, abbé de Savigny, et Pierre d'York, abbé de Furness, 1147-1150*, Évreux, Imprimerie de l'Eure (extrait de Revue catholique de Normandie, 1916), 1916, n° II, p. 137-138.

Texte établi d'après a

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Serloni. Sagvigneensi abbatii, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Apostolice sedis, cui divinâ gratiâ presidemus, nos auctoritas admonet bene placentem Deo religionem statuere et stabilitam exactâ diligentia conservare. Quo circâ, dilecte in domino fili, Serlo abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Sagvigneense monasterium, cui preesse dinosceris, scriptorum nostrorum patrocinio communimus. Statuentes ut ordo monasticus secundum institutionem Cistertiensium fratrum tam in prefato monasterio quâm in his que sub ipsis potestate et disciplinâ consistunt, futuris temporibus inviolabiliter conservetur, et ut abbatie, quae ad jus tui monasterii pertinere noscuntur, in tuâ tuorumque successorum obedientiâ et subjectione permaneant, quarum nomina duximus exprimenda: Abbatia de Furnesia ; abbatia de Bufestre ; abbatia de Biluwas ; abbatia de Neth ; abbatia de Quarrieria: abbatia de Strafort ; abbatia de Cogheshala : abbatia de Basingwer ; abbatia de Cumbremare ; abbatia de Behelande ; abbatia de Suinesheavad ; abbatia de Caldrei, et abbatia Insule de Man. Has itaque abbatias cum omnibus earum pertinentiis tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum fas sit super hâc nostrâ constitutione vestrum monasterium perturbare aut aliquam ei exinde contrarietatem inferre, sed omnia in perpetuum ita intemerata serventur, quemadmodum presentis scripti sanctione noscitur institutum. Si quis senè, hanc nostri privilegi paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, nisi congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrâtâ iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Conservantes autem eidem loco que sua sunt, a remuneratore omnium bonorum domino, intervenientibus Beatorum Petri et Pauli meritis, eternae vite premia consequantur. Amen, amen, amen.  
(Rota) Ego Evgenius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

† Ego Imarus Tusculanus episcopus subscripsi.

(Au-dessous de la rota et à gauche.)

† Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli Sancte Praxedis, subscripsi.

† Ego Humbaldus, presbyter cardinalis tituli Sancti Johannis ac Pauli, subscrpsi.  
† Ego Aribertus, presbyter cardinalis tituli Sancte Anastasie, subscrpsi.  
† Ego Julius, presbyter cardinalis tituli Sancti Marcelli, subscrpsi.  
† Ego Guido, presbyter cardinalis tituli Pastoris, subscrpsi.  
† Ego Bernardus, presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis, subscrpsi.  
(Deuxième colonne, à droite.)  
† Ego Oddo, diaconus cardinalis Sancti Georgii [Ici le Benevalete] ad velum aureum, subscrpsi.  
† Ego Octavianus, diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere Tulliano, subscrpsi.  
† Ego Johannes Paparo, diaconus cardinalis Sancti Adriani, subscrpsi.  
† Ego Johannes diaconus cardinalis Sancte Marie nove, subscrpsi.  
† Ego Guido, diaconus cardinalis Sancte Marie in Porticu, subscrpsi.  
† Ego Jacinthus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmydin, subscrpsi.  
Datum Remis per manum Guidonis sancte romanae æcclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IIII. idus aprilis,  
indictione, XIa Incarnationis dominicae anno M°. C°. XI°. VIII°. pontificatus vero domini Eugenii pape. III. anno.  
III°.